Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et dixeramus quomme uere paruolorum
celerum diligere perfectorum est. Et dixe
ramus ad hoc conpbandum de apto
diligentibus: audium omnia cooperant
in bono. Et timeant eum omnes fines terrae.
Secundum tropologiam autem omnes fines terrae
non omnes medietates terrae. nullique
in terra sunt media qui in fine terrae
sunt. qui relinquunt terram et ad ce
lum festinant. hoc igitur quod
apti dixerunt. In principio nos dicamus
in finem. Deus misereatur nostri et benedi
cat nobis in lumine uultus sui super nos et misereatur nostri. cui gloria in sa
FINE DE PSALMO LXVI.
INCIPIT PSALMUS LXVII.
Exsurgat Deus et dissipentur ini
mici eius. et specialiter intellegit
iste psalmum et generaliter. Specialiter
in ipsum dominum ut resurgat
amor tuus et dispergat inimi
cos suos hoc est diabulum et exer
citum eius aut iudaeos.
Generaliter autem quando in tribula
tione sumus et angustia et dicimus
exsurge ut quid dormis tardne et
adiuuanos: quomodo et apti in
nauicula exercitant dominum dormientem
dicentes magister saluanos perimus
Et fugiant qui oderunt eum a facie eius
Sicut deficit fumus deficiant
ut ad nihilum redigant sedut
quiescant a peccatis suis
Sicut fluit cera a facie ignis
sic cera soluitur et non perdit
suam naturam sed mollescit.
Sic et isti pereant sed deponant
duritiam suam et sic conuertant
ad penitentiam et saluentur.
Sic pereant peccatores a facie dei
qui peccatores non sunt digni uide
re deum. et iusti epulent qui pma
nent in sua iustitia qui iam habe
bent delectentur in domino exultent
in conspectu dei.
Grandis fiducia est exultare in dis
sicut dispensator creditam sibi
a domino substantiam male tractaue
rit et perdiderit timet domini presentiam.
Ita et qui bene dispensauerit exul
tat in domini presentia.
Cantate deo psalmum dicite nomini eius
cantate in tehor iam semp significat scriptura hoc est considerare
misteria et sensum diuinae scripturae.
Psallere autem in bono opere significat
scriptura. uerbi gratia autem audi
tus suum opus prestet similiter et os
et oculi et manus et omnia membra
quasi ostentium. et ita peccatium
psalterium inuisibu
b: